



**Fratris Francisci Cordubensis Ordinis minorum regularis
obseruantiae, à confessionibus serenissimae reginae
Bohemorum, olim uerò prouincialis ministri prouinciae Sancti
Iacobi in Hispania, Sermo habitus Francofordiae in
solennitate omnium Sanctorum, coram serenissima
Bohemorum regina, quo, expresso Dei verbo ostenditur, quae
sit methodus ad fidei controuersias componendas.**

<https://hdl.handle.net/1874/402180>

4

FRATRIS
FRANCI-
SCI CORDVBENSIS ORDI-
nis Minorum regularis obser-
uantiae , à confessionibus sere-
nissimæ REGINAE Bohemorum,
olim uero prouincialis ministri
Prouinciae Sancti Iacobi in
Hispania,

S E R M O

Habitus Francofordiæ in solenni-
tate omnium Sanctorum , coram
serenissima Bohemorum REGI-
NA , quo , expresso Dei uerbo , os-
tenditur , Quæ sit methodus ad fi-
dei controuersias componendas .

Cum Cæsareæ Maiestatis Priuilegio ,
& Consensu Metropolitani ,

FRANCOFORDIAE.

Anno salutis M. D. LXII.



Acra Cæsarea Ma-
iestas, dominus no-
ster clemētissimus,
benignē , at seriō
quidem & expressē
iniungit & mandat
heredibus quōdam
Christiani Egenolphi, ut Concionē
quam habuit nuper in festo omnium
sanctorum coram Serenissima Ro-
manorum & Bohemiæ &c. Regina
in hac Imperiali ciuitate Francofor-
dia ad Moganum honorabilis ac re-
ligiosus frater Franciscus Corduben-
sis, typis excudāt, omni tergiuersatio-
ne uel excusatione postposita. Hæc
enim est expressa Cæsareæ suæ maie-
statis mens atq; uoluntas. Decretum
per Cæsaream Maiestatem, die quar-
ta mensis Decembris, Anno Domi-
ni millesimo, quingentesimo, sexage-
simō secundo.

V. Seld.

VV. Singkhmoser.

HABES HIC CANDI-

DE PIE QVE LECTOR QVA
tuordecim assertiones , quibus facile
erit unicuiq; dignoscere : Quæ sit uera
& Apostolica doctrina: & cui Con-
cionatori, sine ulla cunctatione
habenda sit fides, &c.

- I. Beatitudinis præmium pauperibus spiritus
propositum, omne desiderium euacuat.
- II. Paupertas spiritus, hoc est, humilitas & u-
am sternit ad fidem, & fidem illibatam co-
seruat, &c.
- III. Non omnibus credendum est, maximè super-
bis, &c.
- IV. Exemplo Divi Pauli, in controuersijs fidei,
concionatores debent humiliter Ecclesi-
am consulere.
- V. Euangelicam doctrinam, quam doctor gen-
tium prædicabat, cum Ecclesia contulit.
- VI. Ideo patres de sua doctrina Paulus confu-
luit, ut illa apud gentes obtineret auctoritatem.
- VII. Prædicatoribus Euangelicis, sicut et Paulo,
iniunctum est à Deo præceptum, de conso-
ferendo cum Ecclesia Euangelio.
- VIII. Unaquæq; Ecclesia in fidei controuersijs
concilium tenetur consulere.

- IX. Ei qui Euangeliū prædicat cum patribus
non collatum, minimè est credendum.
- X. Paulus autoritatē patrum doctrinam, quam
prædicabat, muniuit.
- XI. In controvērsijs fidei ad illam Ecclesiā
est recurrendum, à qua cœpit propagari
Euangeliū.
- XII. Gloriæ mundanæ appetitus, fidei confes-
sioni aduersatur.
- XIII. Opera iustitiae ad uitam fidei sunt neces-
saria.
- XIV. Beatitudo bonorum operum est mer-
ces.

SER*

SERMO IN SOLEN-

NITATE OMNIVM

Sanctorum.

VIDENS IESVS TUR-
bas, ascendit in montem,
& cum sedisset accesser-
runt ad eum discipuli e-
ius, & aperiens os suum
docebat eos, dicens: Beati pauperes
spiritu, quoniam ipsorum est regnum
coelorum, Matthaei 5.

Beatitudinis primum pauperibus spiritu
propositum, omne desideria-
rum evacuat.

Plentissimus & misericors dominus
ut ad obseruantiam suorum man-
datorum homines illiceret, ut inde eos
ad beatitudinem aeternam pertraheret,
nouum modum legem ferendi seruavit.
Chrysost. Christus doctrinam suam non ^{Super}
sub specie mandatorum atq; exhortatio- ^{Matth.}
nis inducit, sed sub premijs beatitudi- ^{cap. 5.}
num, ut scilicet sermonem ipsum faciat
gratiorem, & stadium doctrinam suam ^{i. ad Cor}
cunctis recludat. Ad idem Paulus Apostolus: ^{rinthios}
Nescitis quod hic qui in studio cur ^{cap. 9.}

runt, omnes quidem currunt, sed unus
accipit brabium: sic currite ut compre-
hendatis. Omnis enim qui in agone co-
tendit, ab omnibus se abstinet, & illi
quidem, ut corruptibilem coronam ac-
cipiant, nos autem incorruptam. Ut
autem exemplo suo, fideles ipsos, ad fi-
dei certamen attraheret, continuò sub-
fecit: Ego igitur sic curro, non quasi
in incertum: sic pugno, non quasi aë-
rem uerberans. Obserua, quod Chri-
stiana religio stadio, in quo certantath-
letæ, non immerito assimilatur. Differt
tamen, quod in Olympico stadio o-
stendebatur temporale brabium, sed
in Ecclesiæ stadio uictoribus præmi-
um æternum proponitur. Ut ergo bo-
norum cœlestium, homines amore fla-
grantes, in huius uitæ certamine, con-
stanter aduersa subirent, hæc præmia
beatitudinum, uelut in theatro propo-
suit, dicens: Beati pauperes spiritu, quo-
niam ipsorum est regnum cœlorum.
A seculo non est auditum, temporale
regnum propositum esse stadij curso-
ribus, & tamen nec oculus uidit, nec
auris audiuit, nec in cor hominis ascen-
dit, quod suis fidelibus legitime cer-
tantibus,

tantibus, magnificientissimus Dominus repromittit, dicens: Beati pauperes, &c. non comitatum, non duatum, non regnum, non denique imperium terrenum, sed beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum: uerè beati sunt, qui tali donantur brabio, uerè beati, quoniam omnium bonorum sufficientia ditescunt. Beatitudo enim status est omnium bonorum aggregatione perfectus, æterna stabilitas, gaudium perenne, praespes corona, & permanens in æternum felicitas. Tale quidem est præmium, qualis ille est qui proposuit: tale, ut omnium hominum appetitum in sui desiderium inclinet. Augustinus: Beati omnes esse uolunt, immo sic est creaturæ rationali insitus appetitus beatitudinis, ut nullus omnino sit, qui beatitudinem non desideret, nullus fit, qui non detestetur miseriam. Nihil aliud appetitum explet, nihil faciat, præter beatitudinem, ut uerè sit dictū: Replebitur in bonis domus tuæ! Etsatiabor cum appetuerit gloria tua. In rebus enim creatis augetur libido, appetitus crescit,

De Trin.
lib. 13. ca
pite 4.

Psal. 16.

incitatur auditas, & nunquam conquiescit homo. Adeò enim generosus est,
quia ad Dei imaginem factus, ut ipsius
Augusti. Dei sit capax, & nulla re alia satiari pos-
Libro 13. sit. August. Quia fecisti nos Domine ad
Conf. ca. te, inquietum est cor nostrum, donec re-
22. quiescat in te. Hinc illa uox est Alexan-
Libro 1. dri Magni: Eu me miserum, quod nec
Conf. ca. uno potitus sum mundo. Vasa capacis-
piter. sima sumus, reprobi quidem irae, electi
ad Rom. misericordiae, illa in contumeliam, haec
cap. 9. autem sunt in honorem perfecta. Vasa
sumus: sed uideamus qualem infunda-
mus liquorem, non insipidum, sed sua-
uem: non amarulentum, sed dulcissimum:
non uilem, sed preciosissimum: ut cum
uentum fuerit ad cellarium æternæ glo-
riæ, pro uasis capacitatem cœlesti replea-
mur beatitudine, fugiamusque æternum
supplicium, sumus denique quale illud
uas electionis. Ecce quo replebatur li-
2. ad Ti-
moth. 4. quore: Bonum certamen certavi, cur-
sum consummaui, fidem seruavi, reposi-
ta est mihi corona iustitiae. Hunc pre-
ciosissimum liquorem propinat nobis
omnibus Christus, dicens: Beati paupe-
res spiritu, quoniam ipsorum est regnum
cœlorum. Ipsorum, inquit, non super-
borum,

borū, hos enim manet æterna gehenna, Augusti.
ubi nunquā deficiunt tortores, ubi flie- Enchiri.
tus ex fumo maximus: ubi stridor den- cap. 25.
tiū continuus: ubi cùm in damnatis ad-
huc appetitus uigeat beatitudinis, hoc
ad cumulum damnationis eorum acce-
dit, quòd frustratos à suo desiderio se-
vident, ubi cùm beatitudinem non desi-
derare nō possint, & de ea omnino de-
sperent carentia felicitatis æternæ (quā
penam damni uocant theologi) supra-
modum eos ipsos torquebit.

Paupertas spiritus, hoc est, humilitas, & ui-
am sternit ad fidem, & fidem illiba-
tam conseruat.

BEATI pauperes spiritu, &c. Beatitu-
dinis ineffabile præmium illis est
dūtaxat promissum, qui humilitate pro-
funda perarmantur contra superbiam.
Hoc opus, hic labor est: qui enim in hoc
certamine, radicem omnium malorum,
funditus non cōrendit euellere, frusta
contra alia uitia laborat. In hoc autem
ratio ueræ humilitatis consistit, ut om-
nis factura à suo conditore, quicquid
habet, se habere cognoscat. Non enim, 2. ad Cor-
ut dicit Apostolus, sufficientes sumus inth. 3.

cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficiētia nostra ex Deo est. Latoris igitur omnium bonorum pro beneficijs collatis gratias immortales agamus, & immensa quæ accepimus dona, ex ipso datore pensemus, illa si-
cū par est aestimemus, & nos ipsos par-
cipendamus. Contra humiles non præ-
ualent inimici, quoniam misericors Do-
minus eos de stercore subleuat, uires &
omnem sufficientiam, qua acerrimum
hostem, superbiam, eneuare possint,
suppeditat, & tandem eis ipsis, quo-
niā legitimè certauerunt, dicit: Bea-
ti pauperes, quoniam ipsorum est re-
gnum cœlorum. Iam si fide Deum co-
gnoscimus, & fide tenemus firmiter
nos ad eius imaginem factos, & fide
non dubitamus sufficientiam nostram
à Deo esse, sine fide uerum humilem es-
se, est proculdubio impossibile. Quod
si fide, quod sumus librantes, deum no-
bis contulerimus, cùm nihil ponderis
in nobis inuenire possimus, fieri non
poterit, quin uere humiliemur. Hoc
enim est quod regius psaltes dicebat:
Psal. 115. Credidi, propter quod locutus sum,
ego autem humiliatus sum nimis. Chry-
sto,

sosto. Qui hæc non intelligunt, uersum
malè cohaerere putant: uerùm si nos i-
dem sentiremus de Deo, quod Dauid,
nullus esset ex nobis, qui non & ipse
de se clamaret: Ego autem humiliatus
sum nimis. Etenim quisquis indicibi-
lem Dei maiestatem oculo cordis
contemplatur, & cognoscit Deum ho-
mine tanto sublimorem, quanto cœ-
lum formica sublimius, nimirum si stu-
pescat intra se, & dicat: Ego autem hu-
miliatus sum nimis. Vnde & Abraham *Genesis*
in comparatione Dei terram se esse ac *cap. 18.*
cinerem uidebat, dicens: Ego autem
sum terra & cinis. Contrà superbi De-
um non cognoscunt, neq; semetipos, *Ecclesia.*
quid sint, sciunt: quo pacto enim qui
non antea agnoscit opificem, agnoscet
seipsum esse figmentum? quia enim ne-
scitur Dominus, nascitur superbia: id *cap. 10.*
quod attestatur scriptura, dicens: I-
nitium superbiæ est nescire Deum,
desciuit enim à factore cor eius. Tan-
tum Chrysostomus. Hinc & doctor
gentium clamabat: Arma militiæ no-
stræ non carnalia sunt, sed potentia *z. ad Cor.*
Deo, ad destructionem munitionum, *cap. 10.*
confilia

De Gen. consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Et beatus Augustinus: Mater hereticorum est superbia. Hinc etiam Christus redemptor noster, sanctam humilitatem commendans, dicit: Beati pauperes spiritu. Sine humilitate namque fides languescit, fouetur superbia, uitia siluescunt, & scientia inflat. **De Civ.** Augustinus: Demones à scientia sunt dicti, qui cum careant humilitate, in superbia & inflatione persistunt. **Deili. 9.** Humilitatem igitur amplectamur, qua munitionum consilia (quæ contra Deiscentiam, hoc est, contra fidem insurgunt) labefactemus: humilitate in obsequium fidei intellectum captiuemus, & in rebus fidei proprio non innitamur iudicio.

*Non omnibus credendum est, maxime
superbis.*

CVm in nostra potestate sit credere, uitium est omni credere, & pecat qui credit nulli. Nec enim si uitium non esset, aut si in nostra potestate non esset, sapiens diceret: Qui citò credit, leuis

Ieuis est corde: ubi enim peccatum est,
uoluntas non liberatur à noxa. Augu-
stinus inquit: Quid est credere, nisi con-
sentire uerum esse, quod dicitur? Con-
fessio autem utiq; uolentis est, profe-
ctò fides in potestate est. Vnde licet in-
tellectus ad actum credendi cōcurrat,
quia tamen uoluntas imperat ipsum a-
ctum, principalius quām intellectus cō
currit. Ratione igitur est moderanda
uoluntas, ita ut cui oportuerit, & ut
oportuerit credamus. Quamuis enim
inter alia charitatis encomia, quę Diuus
Paulus commemorat, sit unum, quòd
omnia credit, nunquam tamen charita-
ti hāc leuitatem inuissit, quasi ipsa, quod
absit, omnibus sine discretione crede-
ret: nec enim charitas ieuis est, inanis
aut minus constans, ut sine delectu, fi-
dem habeat quibuscumque, quod si in
credibilibus, quæ ad humanum conui-
ctum spectant, uituperabile est omni
credere, quām execrabile, quām impiū,
quāmque sacrilegum in his erit, quæ
ad religionem pertinent credibilibus.
Hæc enim credibia humanam ratio-
nem excedunt, & ideo opus est, duci
nos testimonio diuino, neque liberum
debet

Despiri-
tu & lite
ra ca. 31.

1. Cor. 13.

debet esse cuiquam ex cerebro interpretari scripturam, sed ad ueritatem fiduciæ catholicæ, catholicum sensum, hoc est, uniuersalem atq; communem semper oportet amplecti. Augustinus: Deus enim prius per Prophetas locutus scripturam condidit, eminentissimæ autoritatis, quæ Canonica nominatur, cui fidem habemus de his rebus, quas ignorare non expedit, neque per nos ipsos nosse idonei sumus. Hæc Augustinus. His omnibus insinuatur imbecillitas humani intellectus, doctrinæ necessitas, & eminentissima eiusdem autoritas. Ideo enim prophetæ tam diligentissimè scripturæ mandarunt, quæ per reuelationem à spiritu sancto accepterunt, ut quæ erant necessaria ad salutem, homines obliuioni nō traderent. Tantæ autem autoritatis est hæc diuina scriptura, quam nos in testimonium adducimus, ut & suos errores hæretici ea munire procurent. Augustinus: Si qua nunc erroris secta, contra ueritatem, hoc est, contra Ecclesiæ emerserit, nisi nomine cooperta Christiano, ad pugnandum profilire non audet. Et infra, Cuius scripturæ autoritati tanto deuotius

Lib. ii.
de Ciui.
Dei. cap.

5.

Epist. 56.

deuotius obtemperare oportet, quanto
uidemus nullum iam errorem se au-
dere extollere, ad congregandas sibi
turbas imperitorum, qui non Christia-
ni nominis uelamenta conquerat. Huc
usque Augustinus. Hoc etiam in his de-
flendis temporibus, omnium experi-
entia testatur. Omnes enim heretici im-
pia sua dogmata testimonio scripture,
licet malè intellectæ, confirmant. Equi-
dem norunt eam testem esse autorita-
tis eminentissimæ, & ideo ad suæ factio-
nis errores eam trahere moliuntur.

Cumq; arcem Ecclesiæ potentissimam
esse cognoscāt, magnis conatibus eam
occupare nituntur. Sed cùm nullam
scriptura diuina repugnantiam præse-
ferat, & semper sibi similis, & in omni-
bus constans permaneat: cùmque Ec-
clesia catholica mirabilem hanc con-
sonantiam stabilis & firma conseruet:
heretici uero in uarias & portentosas
sectas diuisi, nec secum, nec cum Ec-
clesia concordent, euidentissima ra-
tio concludit, nullo eos modo intel-
ligere scripturam diuinam. Quod
cum sit ita, nec est eis habenda fides.

Ex

*De Ciui.
Dei libr.
3. cap. 3.*

Ex schismatibus enim eorum potest unusquisq; colligere, non eos Deum docuisse, sed hominem, uel ut proprius loquamur, spiritum mendacij atq; uertiginis. Aperte ergo demonstrant qualis magistrum habuerint. Augustinus: Sic autem diuersas inter se Socratici de isto fine sententias habuerunt, ut quod uix credibile est unius magistri potuisse facere sectatores: sic etiam & nos dicamus, tam diuersas inter se Lutherani de religione sententias habuerunt, ut uix credibile sit, unius magistri potuisse facere sectatores. Planè non talia mōstra in schola Christi fuerunt, non Christus docuit has sectas, non eius discipuli, aut eorum successores Episcopi, has hæreses fuscitarunt. Omnes in rebus fideli unanimis extiterunt, omnes cunctum spiritū in vinculo pacis seruarunt, & ideo solis illis patrocinatur scriptura diuina. Nunquid schismata mouit Petrus, aut Simon hæreticus non dedidit illi pœnas? nunquid Ioannes Apostolus unitatem non tenuit, aut Cheritum lauantem se non exhorruit? Et quid opus est percensere eos omnes, qui hactenus intra ouile Christi uiixerunt?

tunt? nunquid fuerunt hæretici, intra
gremium Ecclesiæ catholicæ & minimè,
sed si qui sub ouina pelle latuerunt ad
tempus, tandem eos euomuit Ecclesia.
Vnde Ioannes ait: ex nobis exierūt, sed
non erant ex nobis: si enim essent ex no-
bis, permanissent utiq; nobiscū. Quia
enim superbam ceruicem Ecclesiæ iu-
go noluerūt submittere, floccipenden-
tes bonum humilitatis, nec seruant uin-
culum unitatis, nec ad mercedem perue-
nient æternæ felicitatis. At beati pau-
peres spiritu, quoniam ipsorum est re-
gnum cœlorum.

*Exemplo Divi Pauli, in controuersijs fidei
concionatores debent humiliter*

Ecclesiam consulere.

VAs illud electionis multis nominis
bus obseruandum, talem cum A-
postolis concordiam unitatemq; tenu-
it, qualem concionatoris munus exige-
bat & postulabat. Sic enim perfecte se-
gessit, ut perfectissimum esset exemplar, iu-
re deinceps prædictoribus imitandū:
inter eius autem alias & heroicas uir-
tutes, profundissima resplenduit humi-
litas. Nec in cōmendando Paulo opus

B

est hic immorari, cum eius doctrina atque
actus, qualis quantusque fuerit, fatis su-
perque commonstrent, interim tamen &
nos, quatenus propositae materiae con-
uenerit, iam iam uel aliqua ex parte os-
tendemus. Christiana ergo uera & ger-
mana concionatoris humilitas est, ca-
put non extollere contra superiorem,
sed eum honorare & recognoscere, ei
obedire atque deferre. Sic Paulus uti-
ad Gal. 1.
pse inquit, Hierosolymam ascendit cau-
sa uisendi Petrum, ut eum tanquam A-
postolorum principem honore debito
afficeret. Chrysostomus, & Theophila-
ctus: Hoc insignis humilitatis animi si-
gnum, si qui tanta transegerat, ad Pe-
trum abiit, non utilitatis gratia, sed so-
lo uisendi studio, honorans eum, ceu-
maiores se, propterea neque dixit, *ιδε την*
στολην, hoc est, ut cernerem Petrum, sed *ισογένιον*
στολην, hoc est, ut uiderem, & cum obserua-
tione intuerer. Hec Chrysostomus. Ille
Ado. 15. Iud uero attentius perscrutari libet,
quod sicut in actibus Apostolicis legitur.
Quidam descendentes de Iudea doce-
bant fratres, quia nisi circumcidamini,
secundum morem Moysi, non potestis
saluari. Facta ergo seditione non mini-
ma,

ma, Paulo & Barnabæ aduersus illos, ita
tuerunt ut ascenderent Paulus & Bar-
nabas, & quidam alij ex alijs ad Apo-
stolos & Presbyteros in Hierusalem,
super hac quæstione. Ecce pro incre-
dulis, qui obtemperare renuunt Eccle-
siæ, ecce inquam expressum Dei uer-
bum, ecce scripturæ apertissimum te-
stimonium, ecce contra superbos hæ-
reticos humilis Pauli manifestum ex-
emplum: sed cuius Pauli obsecro, illi-
us certè qui raptus fuit, in tertium cœ-
lum, & audiuit arcana, quæ non licet
homini loqui, illius qui Euangelium di-
cxit, non ab homine, sed à Deo per re-
uelationem, illius qui fuit electus à deo,
ut esset uas electionis ad portandum
nomen Dei in gentes. Hic ergo sedi-
tione orta, circa legis obseruationem,
non ægrè tulit, neque distulit ad Hie-
rusalem ascendere, perrexit, & de qua-
stione orta patres in concilio consu-
luit. Doctor ille gentium nunquid
indigebat doctore: Qui per reuela-
tionem à Deo iam doctus fuerat ha-
bebat opus, ut aliquis eum doceret: &
tamen ascendit Hierusalem, ut omni-
bus esset uera humilitatis forma, ut

Dist. 15.

corū qui cōtra Ecclesiā euangelicū sibi
nomen usurpant, effrenem superbiā eli-
deret. Hāc salutarem doctrinā, à tempo-
re Cōstantini Imperatoris, principes ca-
tholici obseruarūt. Tempore enim Cō-
stantini, ad abolendam hæresim Arria-
nam congregatum fuit concilium Ni-
cenum. Tempore magni Theodosij,
Constantinopolitanum, contra Mace-
donium. Tempore Theodosij iunioris,
Ephesinum contra Nestorium. Tempo-
re Marciani, Calcedonense contra Eu-
tichetem. Quatuor ista concilia b eatus
Gregorius suscipere & uenerari se fa-
tetur, sicut sancti Euangeliū quatuor li-
bros. Hoc etiam sunt imitati huc usque
religiosissimi principes: in controuer-
sīs enim fidei semper adierunt concili-
um, quod nunquam fuit congregatum
sine legatis Apostolicæ sedis & Episco-
pis.

*Euangelicam doctrinam, quam Doctor gen-
tium prædicabat, humiliter cum
Ecclesia contulit.*

ad Gal. 2. **O**rta, ut suprà retulimus, seditione,
non solum Hierusalem Paulus a-
scendit, sed & patres consuluit, & cum
eis

eis contulit Euangelium, inquit enim:
Ascendi autem secundū reuelationem,
& contuli cum illis Euangelium quod
prædico. Pensanda sunt hęc uerba, cùm
dicit: ascendi secundum reuelationem.
Spiritus enim sanctus, qui ei Euangeli-
um reuelauit, ille met eidem præcepit, ut
Hierusalem ascenderet, & ibidem Euan-
gelium conferret. Cùm enim Euangeli-
um Christi ex eius institutione, omni-
bus gentibus debebat prædicari, quo-
niam est doctrina catholica uniuersa-
lis, atq; cōmunis ex cōmuni sensu, non
ex priuato iudicio debet interpretari.
Quod cùm ita sit, nec debet nec potest
variari doctrina Euangelica secundum
hominum ingenia diuersa: sed una & ea
dem, secundum eundem sensum Eccles-
iae debet omnibus prædicari. Vnam e-
nim & eandem doctrinā omnibus præ-
dicabat, qui dixit: Sicut in omnibus Ec-
clesijs sanctorum dōceo. Oportet ergo
ut cum Ecclesia catholica conferatur, &
ab eadem approbetur, quod pro omni-
bus institutum est. Planè erat Paulus ue-
re humilis, & ideo Euangelium, quod
prædicabat, humiliter cum patribus cō-
tulit. Certus quidem erat se uerum præ-

Matth.
Marc.
ult. cap.

1. Corin.
24.

ad Gal. 1.

dicare Euangelium, alias enim non ita
constanter dixisset: Licet nos aut An-
gelus de cœlo euangelizet uobis præ-
v. Cor. 2. terquam quod euangelizauimus, ana-
thema sit. Ad hæc, Euangelium per re-
uelationem didicerat, deinde sensum
domini habebat. Huc accedit quod uir
erat spiritualis, spiritualis autem, ipso
testante, omnia dijudicat, ipse uero à ne-
mine iudicatur. Sed nunquid aliquid
allegauit istorum, ut Hierosolymā non
ascenderet minimè gentium, sed spiri-
tui sancto (qui nisi super humilem cor-
de, qualis erat Paulus, non requiescit)
statim obtemperans, Hierosolymam si-
nemora perrexit. Quid supereft ut
dicant hi noui concionatores, qui
tanta pompositate uerbōrū se suamq;
inauditam à tempore Apostolorum do-
ctrinam extollunt & iactant: fortassis
(quae sua est arrogantia & superbia) nō
uerebuntur asserere, quod sensum do-
mini abundantius habent quam diuus
Paulus. Et quod reuelationes diuinæ
cumulatius acceperunt. Sed ubi est illa
concordia, illa unitas spiritus, illud
uinculum pacis, quod toties flagitat &
inculcat Apostolus, Ille unum Deum
prædi-

prædicabat , pacis, non dissensionis. *ad Ephes.*
Quid quod & ipsa ueritas, hos nouos
Euangelicos uelut digito nobis ostendens, dixit: Qui non colligit mecum, dispergit. Sed quid ille, quem ipsa ueritas docuit, nonne Hieros. ascendit, ut cum Christo in unum ouile dispersas oves colligeret, & à truculentis rapacibus quæ lupis (qui eas conabatur abigere) patrum autoritate defenderet. Quam longè bone Deus, ab eius proposito distant, qui ortis tot seditionibus, quarum ipsi autores fuerunt, nec Ecclesiā consulunt, neque Christi uicariū honorant, imò nihil magis detestātur & improbant. Vix est credibile, eos tam detestabile lethargia laborare, ut doctore gentium se esse doctores affirment.

Ideo patres de sua doctrina Paulus consuētūt, ut illa apud gentes obtineret autoritatem.

Facile est deprehendere, si propriètē perpendamus, doctrinam cum Ecclesia conferre, non esse idem quod populo concionari. Concionantur enim qui populum hortātur & docent, sed doctrinam conferunt, qui de ea consulunt aliquos, cum quibus eā cōmuni-

*cōtra E-
pis. fund.
cap. 5.*

*li. 28. con-
tra faust.
4. cap.*

cāt. Nec enim ascendit Hierusalem Paulus, ut aut doceret Apostolos, aut doceatur ab illis: sed ut doctrinam quam prædicabat, omnes unanimi consensu approbarent, & apud omnes gentes firmam obtineret autoritatem. Ne ergo posset uideri cuiquam aliud quām Apostolos cæteros, Paulum prædicare Euangeliū, opus fuit, ut à concilio Ecclesiam repræsentante prius recipetur. Quæ enim obsecro prophetia unquam tam celebrem autoritatem obtinuit, ut scriptura diceretur diuina, nisi ab Ecclesia Israelitici populi prius approbata & recepta: aut cuius Euangeliæ doctrina, sicut diuinum oraculum, meruit obseruari, nisi ab Ecclesia prius admissa: ita ut nō immerito diceret Augustinus, Euangeliū non crederem, nisi autoritas Ecclesiæ catholicæ me commoneret. Hac erga de causa, doctor ille gentium, Euangeliū cum Apostolis contrulit; ut neminem deinceps lateret, omnium Apostolorū eandem esse doctrinam, neque ipse dum prædicaret, dubietatis scrupulum in animo alicuius relinqueret. Augustinus, cùm ipse Apostolus Paulus post ascensionem domini de-

ni de cœlo uocatus, si non inueniret in
carne Apostolos, quibus communican-
do, & cum quibus conferendo Euange-
lium eiusdem societatis appareret, Ec-
clesia illi omnino non crederet: sed cùm
cognouissent eum hoc annunciantem,
quod etiam illi annūciabant, & in eorū
communione atque unitate uiuentem,
accidentibus etiam per eum talibus si-
gnis, qualia & illi operabantur, ita eam
domino cōmendante meruit autorita-
tem, ut uerba illius sic audirentur ab Ec-
clesia, tanquam in illo Christus, sicut i-
psu uerissimè dixit, locutus audiaſ. Ha-
ctenus Augustinus. Videamus ergo u-
trum isti prædicatores, qui indebitum
hunc honorem & fidem uolūt exigere,
si exemplo Diui Pauli astruunt & ipsi
fidem. Videamus si Euangelium quod
prædicant, cum Ecclesia iam contu-
lerunt: quod cùm eos constet nihil ho-
rum egisse, ut quid moliuntur doctrinā
nouam inducere, & apostolicam sibi,
contra diuinum ius, assumere & uendi-
tare autoritatem.

Prædicatoribus Euangelicis, sicut et Paulo,
iniunctū est à Deo præceptum de con-
ferendo cum Ecclesia Euan-
geliō.

Constat ex supradictis, spiritus sancti iussione Paulum Hierusalem ascendisse, ut ibi Euangelium quod gentibus predicabat, cum patribus Ecclesiae conferret. Ascendi, inquit, secundum reuelationem: quasi diceret, non a me hoc feci, sed id habui a spiritu sancto in mandatis: exerceo publicum munus, & ideo oportet doctrinam quam praedico, communi totius Ecclesiae iudicio recipi & approbari. Si ergo praedicatori gentium iniunctum praeceptum hoc fuit, ut cum patribus Euangelium conferret, quis inficiabitur, quin in omnes Euangelicos concionatores transeat illud idem praeceptum? ut scilicet nihil noui aut non cum Ecclesia collatum, populo audeant proponere. Supereft ne quicquam probandum? expresso dei uerbo quis nisi dementissimus contradicet: sed ne cuiquam hoc insolitum videatur, aduertat, quod praecepta quae ad administrationem pertinent Christianae reipublicae, non sub illa generali forma traduntur, qua illa quae uitam & mores componunt, illud enim praeceptum: Prædicate Euangelium omnibus creature. Quod officio pastorali est an-

Nexum, solis Apostolis, eorumq; successo-
ribus est iniunctū. Hi enim sicut & il-
li, Euangeliū annunciatore tenentur, ali-
as Apostolis decedentibus nullus præ-
dicare teneretur ex diuino præcepto,
quod manifestariam hæresim redoleret.
Successoribus ergo Apostolorum, sicut
& ipsis Apostolis, utrumque præceptū
fuit iniunctū, uidelicet & Euangeliū
prædicare, & idem cum Ecclesia con-
ferre. Quibus enim est demandatum, ut
prædicent, demandatum est etiam, ut
modum tradendi doctrinā, quem Apo-
stoli à Deo acceperunt, seruent. Quod
quidem si hactenus factitatum fuisset,
non inualuisserent tothæreses.

Vnaquæque Ecclesia in fidei controuer-
sijs concilium tenetur con-
fulere.

CVM uerba, quæ ex actibus Aposto-
lorum suprà retulimus, nostro hu-
ic instituto maximè omniū conducant,
operæ erit precium, diligentius ea-
dem uerba perpendere. Facta ita-
que seditione illa non minima cirs-
ca obseruationem circuncisionis, sta-
uerunt, inquit Lucas, ut ascenderent
Paulus

Paulus & Barnabas, & quidam alijs ex a-
lijs, ad Apostolos & Presbyteros in Hie-
rusalem. Hic primò uerbum illud, sta-
tuerunt, diligentē est cōsideratione ob-
seruandum: Ecclesia nanq; Antiochenæ,
cui circa religionem, studium, cura, so-
lertia atque uigilantia summa erat, or-
ta seditione, ut prēdiximus, ne doctri-
nis uarijs unitas abrūperetur Ecclesiæ,
Paulū & Barnabam, & quosdam alios
hæreticæ factiōnis, ad patres in Hieru-
salem mittere pro schismate cōponen-
do decreuit. Evidem conspirationem
illam, bono religionis reipublicæ q; ini-
micam, non aliter posset suppressere, ni-
sis aluberrimo illo fuisse usū consilio.
Nec enim Paulus hæreticos, aut hære-
tici Paulum, in causa illa fidei, sententia-
m ferre permitterent: ob quam cau-
sam, cùm Antiochiæ non posset res
diffiniri, prudentissimè est ab omnibus
constitutum, ut illius controuersiæ cau-
sa ad iudices deferretur, quorum sen-
tentiam, certò sciebant, autoritatem fir-
missimam habituram. Quod si germa-
nicæ Ecclesiæ, exemplū Antiochenæ se-
cutæ, insurgentibus tot hæresibus, hoc
idem factauissent, maledicas Hæresi-
archarum

archarum linguas iam pridem conspe-
cuissent. Cum igitur statutum hoc Apo-
stolicū sit, summeq; necessarium debet
à cunctis Ecclesijs, in uiolabilitate obser-
uari. Quādiu enim Ecclesię indulserint
factiosis hominibus, eisq; plus æquo
permiserint, nec ad iudicium Ecclesiæ
fidei causas detulerint, impossibile erit
hereses malè pullulantes succidere. Huc
accedit, quod d Ecclesia Antiochena non
modò Germanicis, sed & multis alijs Ec-
clesijs, iustitia, scientia, religione atq; di-
gnitate præstabat, in ea enim primò di-
scipuli dicti sunt à Christo, Christiani.

Deinde habebat insignes viros, ut Lu-
cas ostendit, sic inquiens: Erat autem in
Ecclesia, quæ erat Antiochiae, & prophe-
tæ & doctores, in quibus Barnabas &
Simon, qui uocabatur Niger, & Lucius
Cirenensis, & Manahen, qui erat Hero-
dis tetrarchæ collactaneus, & Saulus.
Quām celebres & quām eximij fuerint
illi viiri, quibus Lucas Saulum post-
ponit, credo non opus esse admonere.
Barnabas quidem ab Ecclesia Hierosol-
ymitanæ in Antiochiam missus fuerat,
ut ibidem Euangelium prædicaret, e-
rat enim vir bonus, plenus spiritu san-
cto

Acto. ii.

Acto. 13.

Acto. 14.

P
Acto. 13. & fide, qui etiam Tharsum profec-
ctus Saulum quæsivit, & ad Antiochiam
perduxit, ut coadiutor eius esset in Eu-
angelij prædicatione. Hinc est quod
cum Lucas, Prophetas & doctores cō-
memorasset, Barnabæ primas dedit,
nō dum enim Saulus tantum honorem
sibi autoritatemq; comparauerat. Iam
ergo si Ecclesia Antiochena, prophe-
tis, doctoribus doctissimisque uiris
condecorata, non dignata est ad con-
cilium mittere, ex illis omnibus, qui ca-
pita seditionis extiterant, quam excu-
fationem pretendere Ecclesiæ germa-
nicæ poterunt, quæ ad concilium schis-
matum autores non mittunt. Nouimus
quidem, quales fuerint illi Enange-
lici uiri, palam etiam est omnibus,
quibus hi polleant uirtutibus. De
illis ait Sanctus Lucas: Erant autem
in Ecclesia, quæ erat Antiochiæ, & pro-
phete & doctores, usque ibi. Ministran-
tibus autem illis & ieunantibus &c.
ecce in Antiochena Ecclesia erant pro-
phetæ Spiritu sancto pleni. Quis au-
tem eorum qui in Germania nouam
uiuendi rationem & noua dogmata
fuscarunt, Spiritum habuit proph-
tandi.

tandi, longum esset singula uelle per a-
eurrere, tamen sufficiat, ut illos Apo-
stolicos uiros innouatoribus his iure
anteponamus, quod illi sacri docto-
res, deuotione summi, meditatione af-
fidui, moribus & uita conspicui, ie-
junabant, orabant, & prædicabant. Hi
uerò contra Apostolorum exemplum,
contra omnem doctrinam atque ra-
tionem, tantùm abest ut ieiunijs ua-
cent, ut potius ipsum ieiunium da-
mnent & execrentur. Cùm itaque
Ecclesia Antiochena tot tamque præ-
claris uiris celebris & insignita, mini-
mè sibi sufficerit, Apostolosque cum
alijs, orta seditione, miserit ad concili-
um, quę Ecclesia si seruare quoquomo-
do renuerit Apostolicum hoc sufficien-
tissimum & necessarium statutum, po-
terit sibi esse sufficiens.

*Ei qui Euangelium prædicat, cum patri-
bus Ecclesie non collatum, mini-
mè est credendum.*

Ex uerbis beati Lucæ Euang. que
superius adduximus, constitit, An-
tiochenus

tio chenam Ecclesiam concilium consuluisse, ut facilius, immo securius possent lites atque discordias componere. Ex quo facto satis superquam monstratur, Ecclesiam illam nullam prorsus haereticis aut Paulo fidem habuisse, ante determinationem concilij: nec ipsi econtra-rio Ecclesiæ illi fidem facere potuisse. Quod cum ita sit, & apertissimè testetur hoc scriptura diuina, quæ dementia, aut potius quæmentia, tot hominum mentes inuasit, ut tam improuidè, tam incaute, & tam immaturo consilio nulla prævia consideratione, nouo & inaudito & nunquam collato Euangeliō, crederet. Huiusmodi ergo excordibus hominibus, congruentissimè propriissimeque conuenit illud, quod Galatis (leuitatis eos arguens) gemens obiecerat Paulus: O insensati Galatae, quis uos fascinavit non obedire ueritati. Nullus in ueritate detam præcipiti assensu, & de tanta cordis leuitate coram Deo se poterit excusare. Licet enim, quamuis temerè, quidam Lutherum aut Caluinū extollant, nunquam tamen eos reddere poterunt commendabiores doctore gentium, cui (quamuis à Deo esset electus,) ante definitionem

definitionem Concilij Antiochenes
prudentissimè credere noluerūt. Pote
rat quidem Paulus, quem Deus ipse do
cuerat fidei dogmata definiire: quia ta
men sciebat ex reuelatiōe, id esse à Deo
statutum, omniq; Ecclesiæ necessarium,
Euangelium quo d prædicabat contu
lit, & definitam à concilio sententiam,
est honore maximo prosecutus, ut iam
jam patebit. Sit igitur homo doctus,
sit etiam doctissimus, sit sanctus, sit li
cet Angelus de cœlo, si præter id quod
ab Apostolis Euangelizatum est, præ
dicauerit, nouam doctrinam docue
rit, eamq; inconsulta Ecclesia uendita
uerit, si in testimonium suæ doctrinæ
expressum Dei uerbum (quod qui
dem licet uideatur non erit expressum)
adduxerit, si deniq; in eius confirmatio
nem miracula ediderit manifesta, omni
no cum ut pestem & uenenum mortife
rum fugiamus, cum talem doctorem,
imò potius impostorē, clara uoce uas
electionis, anathema iam promulgau
rit, &c.

Paulus autoritate patrum doctrinam
quam prædicabat muniuit, &c.

C

CVM Galatis ab hæreticis penè seductis, libertatem euangelicam, legatumq; cessationem, Paulus constansimè prædicaret, ut illis eius doctrina fidem certissimam ficeret, patrum allegauit concilium, eorundemq; ut par erat, cōmendauit autoritatem. Ascendi, inquit, secundum reuelationem & contuli cum illis Euangelium, quo d prædico in gentibus. Seorsum autem his qui uidebantur aliquid esse, ne forrè in uanum currerem aut cucurrissem: sed neq; Titus qui mecum erat, cum esset gentilis, compulsus est circumcidere. &c. Quasi diceret: Verissima est doctrina quam prædico, nemo eam potest deinceps in dubium uertere, iam est cum patribus concilij collata, omnes huic meæ doctrinæ, ut uerbo Dei subscripti sunt: cum patribus, inquam, eam contuli, eamq; ipsimet approbarunt, non cum hominibus quibuscumque, sed cum principe Apostolorum, qui prima tum obtinet in Ecclesia, & cum illis omnibus qui uidebantur aliquid esse, non est cur cunctemini, tantæ autoritatis doctrinam, ut diuinitus reuelatam susci-

fuscipere. Deinde obseruandum est
maxime quod uas electionis, ultra ca-
stissimos decantatissimosq; mores, ul-
tra miracula, reuelationem & prophe-
tiam, ut euangelicam quam prædica-
bat doctrinam, autoritate firmissima
roboraret, in eius confirmationem, cō-
ciliij sententiam adduxit, dicens: iam
cum patribus contuli, hec etiam est eo-
rum omnium doctrina, &c.

*In controversijs fidei ad illam Ecclesiam
est recurrendum, à qua cœpit
propagari Euangeli-
um, &c.*

Multa iam eliciimus ex uerbis il-
lis Lucæ sæpius inculcatis, sed &
hoc in eisdem uerbis superest adnotan-
dum, quod Ecclesia Antiochenæ ad A-
postolos & presbyteros qui erant Hie-
rosolymis congregati, quasi ad prima-
tes & totius Ecclesiæ præsides, ut eos
de catholica doctrina consulteret, Pau-
lum & Barnabā & quosdā ex alijs misit.
Nec enim uacat, quod ad Apostolos &
presbyteros dixit, nō aut ad cerdones,

aut ueteramentarios, non ad milites,
non ad duces, non denique ad nobiles
proceresq; ipsius Reipublicæ, ad eos
ergo misit, quibus ex officio incumbet
bat fidei controuersias dirimere. Hinc
etiam est, quod & Diuus Paulus hono-
rem gloriamq; non minimam reputat,
se suum Euangeliū contulisse cum his,
qui uidebantur aliquid esse. Sicut enim
qui neglecto principe, magistratibusq;
contemptis, circa administrationem
Reipublicæ, populare uulgs consulens
ret, sediciosus Iure haberetur, cum cir-
ca munus publicum, qualis est adminis-
tratio Reipublicæ, nihil priuati homi-
nes, sed aut principes, aut magistratus
possint censere: ita qui posthabitis Ec-
clesiæ prælatis, quicquam circa religio-
nem censuerit, merito debet ab omni-
bus schismaticus iudicari. Nullus enim
hucusq; symbolum aut confessionem
catholicam, à plebe ordinatam, & non
ab Episcopis uidit. Cautissimè ergo,
imò sanctissimè, Ecclesia Antiochena,
Apostolos & presbyteros, non autem
uulgs consuluit. Nec hoc est silentio
prætermittendum, quod Antiochena
Ecclesia

Ecclesia ad Hierosolymitanam misit,
quoniam ab ipsa, ut docet scriptura di-
uina, acceperat Euangelium. Ait enim
Lucas: Quod illi qui dispersi fuerant,
à tribulatione, quæ facta fuerat sub Ste
phano, perambulauerunt usq; Phœnicē
& Cyprum & Antiochiam, nemini lo-
quentes uerbum Dei, nisi solis Iudæis,
Erant aut̄ quidā ex eis uiri Cypri & Ci-
renei, qui cùm introissent Antiochiam,
loquebantur & ad Græcos, annūcian-
tes Dominum Iesum, & erat manus do-
mini cum eis, multusque numerus cre-
dentium conuersus ad Dominum. Per
uenit autem sermo ad aures Ecclesiæ
quæ erat Hierosolymis, super istis & mi-
serunt Barnabam usq; ad Antiochiam:
à patribus itaq; à quibus acceperat Eu-
angelium, uoluit Antiochia doceri, qua-
tenus ipsum met intelligere & obserua-
re deberet. Hac enim de causa potissi-
mè, non id recusantibus Paulo & Bar-
naba, imò ipsis efficientibus, decreuit
patres consulere. Apertissimè igitur, ex
huius facti ratione, hanc cunctis neces-
sariam Ecclesijs, Apostolicam instru-
ctionem colligimus. Quod ad illam

C 3

¶ Cor. 4.

Semper Ecclesiam est recurrendum in
fidei controversijs, à qua propagatum
est Euangelium. Ex quo deinde mani-
festè conficitur, ut quoniam ab Eccle-
sia Romana omnis Ecclesia latina Eu-
angelicam doctrinam accepit, ad i-
psam teneat recurrere. Hinc est quod
& Diuus Paulus Corinthios increpans
quasi contemptores huius decreti A-
postolici, sic inquit: An à uobis uerbū
Dei processit, aut in uos solos perue-
nit? Quibus uerbis potuit doctoř gen-
tiū Corinthios efficacius arguere, aut
quo Erotemate potuit euidentius
schismaticorum illorum insolentiam
& superbiam reprimere? Hoc etiam
Ecclesia catholica ipsis Germanis iu-
stissimè potest obijcere: Num à uo-
bis Dei Euangelium processit, qui uos
metipſos, ut uerè Euangelicos cōmen-
datis? Num ad uos solos ueibum Dei
peruenit, qui eius germanum fensum
solos uos habere iactatis: uerè ab Eccl-
esiā Romana, principe omnium Ecclesiā
rum, uelitis nolitis Euangelium uos ac-
cepisse, fateri debetis. Sequamur ergo
tantorum Apostolorū exemplum, Ec-
clesias

clesiæ, sicut & Apostoli dignitatem hæc
deferamus, & quibus est unus Deus,
sit etiam una doctrina. Quod si Eccle-
siæ Apostolicæ, ut Augustinus nos do-
cet, iure sunt alijs præferendæ, ut quid
nos dubitamus, primas inter alias Ec-
clesias Ecclesiæ Romanæ tribuere. In
Canonicis scripturis ait Augustinus: Ec-
clesiarum catholicarum, quamplurimum
autoritatem sequamur, inter quas sanè
ille sunt, quæ Apostolicas sedes habere
& Epistolas accipere meruerunt. Tan-
tum Augustinus. His prærogatiis in-
ter omnes alias Ecclesias, fulget Eccle-
sia Romana, & in ea Apostolorum
princeps sedem Apostolicam tenuit,
ad eam etiam, primam suarum Epistola-
rum Apostolus Paulus direxit, Eam
insuper omnes Ecclesiæ, à tempore
Apostolorum hucusque, ut præcipu-
am caputque omnium sunt secu-
tæ. Vnde sequentes Ecclesiam Ro-
manam, omnium pariter Ecclesiarum
sequuntur autoritatem: Nam & i-
psa ex traditione Apostolorum, Con-
cilia ortis hæresibus hactenus congre-
gauit, quamobrem omnes schismatici.

2. de
Doctr.
Christia-
na capi-
te 8.

ei tanquam infestissimi inimici , atro-
cissimū bellum apertum & intestinum,
nunquam destiterunt inferre. Meritò
igitur Ecclesiæ Romanæ omnes aliæ ce-
dere debent, &c.

*Gloriæ mundanæ appetitus, fidei con-
fessioni aduersatur.*

CHISTVS Redemptor noster
ideo nobis omnibus toties com-
mendauit humilitatem, & toties quasi
sedens in cathedra, nos omnes eame do-
cuit, quoniam fulcimentum est omniū
aliarum uirtutum, & uia certissima ad
indagandam, comparandamq; uerita-
tē. Discite, inquit, à me, quia initissum
Matt. 11. & humilis corde. Et iterum: Vos uoca-
Ioan. 13. tis me, magister & domine, & bene dici
uisum etenim, exemplum meum dedi-
Prouerb. 22. uobis, &c. Deniq; sapiens dicit: Vbi si u-
perbia, ibi & contumacia, ubi uerò hu-
militas, ibi & sapientia erit. Quod si au-
tores Hæresum à Christo humilitatis
doctore, doctrinam hanc didicissent,
non dubium, quin se continerent, nec
auderent, intot blasphemias prorum-
pere.

Pere. Augustinus ad Dioscorum inquit
Christo tē mi Dioscore, ut tota pietate
sub das uelim, nec alia tibi ad cap essē-
dam & obtinendā ueritatem uiiam mu-
nias, quām quae munita est ab illo, qui
gressuum nostrorum tanquam Deus ui-
det infirmitatem. Ea est autem prima
humilitas, secunda humilitas, tertia hu-
militas, & quoties interrogares, hoc di-
cerem. Hæc Augustinus. Cūm itaq; hu-
militati, qua intellectum, in fidei obse-
quium captiuamus appetitus gloriæ
mundanæ repugnans sit atq; contrari-
us, erit planè hic appetitus fidei confes-
sionis contrarius. Hinc Euangelista Io-
annes ait: quomodo potestis credere Capite 5.
qui gloriam ab inuicem accipitis, & glo 12. capit.
riam quæ à solo Deo est, non quæratis.
Et item: Ex principibus multi credide-
runt in eum, sed propter pharisaos nō
confitebantur, ut de synagoga non ej-
cerentur, dilexerunt enim gloriam ho-
minum magis quām Dei. Quòd si spiri-
tus paupertas ad esset, & amore ina-
nis gloriæ, & pariter mundanum timo-
rem proculdubio, contempfissent. Hic
infanus & pessimus appetitus mentem

inuadit, hominem seducit, rationem euertit, à confessione fidei retrahit, & tandem excæcat hominem. Faxit misericors Deus, ne principes ('quorum fidem bona pars subditorum amplectitur) se inuicem honorantes, aut inuicem metuentes, uel fidem, uel errorrem assimulent. Sit igitur hic eorum uerus principatus, hoc sit eorum amplissimum regnum, semetipsos uincere, errori non cedere, & nullis cupidinibus flecti. Tunc enim uerè regnabunt, quando insatiabilem subegerint appetitum, quod doctissimè insinuauit Poëta: Latius regnes audum domando spiritum, quam si Libyā Gadibus iungas, & uterq; Pœnus seruiat uni. Quis cunq; igitur à recto tramite ueritatis exorbitauit, non iam resipiscientiam diffusat, nec eum pigate erratum corrigere, idq; quam primū. Cùm enim nullus sit qui errare uelit aut decipi, sapientis erit errore cognito mutare consilium: sed inflati atque superbi uelle in errore persistere. Qui perseverare uult in errore quem semel admisit, captiuare utiq; ueritatem studet, nec dici potest constantia.

stantia, sed temeritas errorem uelle defendere. Captiuare igitur intellectum in obsequium Christi, non est turpiter uinci, sed laudabiliter & gloriofissime triūphare. Sācti namq; nolentes sapientes esse apud semetipſos, uicerunt propriū ſenſum, ſe'q; Christo & Eccleſiā catholicę humiliter ſubdiderūt, ideo qua si athletæ inuictissimi & morte occubuerūt pro Christo, & constantissima fide ſemp̄ extiterunt uictores. Hæc enim eft uera uictoria quæ uincit mundum, fides noſtra, qua etiam patres ueteris testamenti uicerunt regna, opera tisunt iuſtitiam, & ideo adeptiſunt re-promiſſiones, &c.

Opera iuſtitie ad uitam fidei ſunt
necessaria.

A Deo fidei confessio operaq; iuſtitiae ad ſalutem ſunt necessaria, ut qui hæc aut illam excluderit, conſequi ſalutem non ualeat, quoniam & corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confessio fit ad ſalutem: & beati pauperes ſpiritu, quoniam, &c.
Error

Error quidem illorū, qui opera negant
iustitiae ex locis scripturæ, quam pluri-
mis apertissimè posset conuinci. Ut ex
illo Iacobi 2. ca. Quid proderit, fratres,
si fidem quis dicat se habere, opera au-
tem non habeat? Et infrā: fides si non
habet opera, mortua est. Et ad Rom. 2.
Non auditores legis iusti sunt apud De-
um, sed factores legis iustificabuntur.
Nobis autem locus hic potest abundē
sufficere. Cùm enim palā sit omnibus,
Christum has beatitudines ad opera re-
tulisse iustitiae, dicens: Beati pauperes
spiritu. Beati pacifici, &c. Quis nisi ma-
litia excæcatum habuerit intellectum,
iustitiae opera parvipendet. Aliud ergo
est, pauperē esse spiritu, & aliud fidem
habere, aut credere. Cùm igitur Chri-
stus dixerit: Beati pauperes spiritu, quo-
niam ipsorum est, &c. Ultra fidem ipsam
opera iustitiae poposcit. Vnde quo d' ex

Habacuc in sui erroris confirmationem
hæretici solent adducere, ut eis liberta-
te carnali indulgere genio liceat, nolūt
omnino intelligere, iustus, inquit, ex
fide uiuit, quasi propheta dixerit, uiuit
ex sola fide, aut quasi nō dixerit, iustus,

&

& non fornicator aut latro. Iustus qui
ex fide uiuit, quoniam iustus est qui be-
ne operatur & iuste. Hieronymus: Neq;
quia fidem præferimus, legis opera de-
struimus. Et infrà: Non igitur ex fide
Christi licentia nascitur delinquendi,
sed ex dilectione fidei, uoluntas boni
operis augetur. Et infrà: Exemplū quo
probatur iustum ex fide uiuere, & non
ex operibus, de Habacuc tulit. Conside-
randum itaq;, quia non dixerit homo
aut uir ex fide uiuit, ne occasionem tri-
bueret ad uirtutum opera contemnen-
da, sed iustus ex fide uiuit, ut quicunq;
fidelis esset, & per fidem uicturus, non
aliter possit ad fidem uenire, uel in ea
uiuere, nisi prius iustus fuisset, & purita-
te uitæ, quasi quibusdam ad fidem gra-
dibus ascendisset. Et infrà: Faciamus, &
nos aliquid simile huic quod dicitur, iu-
stus ex fide uiuit, dicamus: Castus ex
fide uiuit, sapiens ex fide uiuit. Hacte-
nus Hieronymus, &c. Confessio igitur
fidei & opera ipsa iustitiae, ad salutem
sunt necessaria. Nec enim Diuus Paulus
Prophetæ testimonium adduxit, ut à
uita fidei necessitatem operum tolle-
ret,

Super E.
pistolam
ad Gala-
cap. 3.

per, sed ut diceret, quod opera ad uitam iustitiae minimè per se sola sufficiant, & quod ut opera Deo sint gratae, debeant ex fide procedere. Fides uero nisi eam opera comitentur, insufficiens est ad salutem. Viuit ergo iustus ex fide, quoniam & iuste operatur & credit, &c.

*Beatitudo bonorum operum est
merces.*

Postquam superiori assertione ex uerbis Christi, operum necessitatem ostendimus, reliquum est, ut pro huius sermonis coronide, expresso dei uerbo monstremus beatitudinem esse operum bonorum mercedem. Et quidem ueritatem istam apertissimè ipsa nos ueritas docet, ait enim: gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in coelis. Ecce ubi tam clare Christus ipsamet ueritas loquitur, non opus erat aliunde querere testimoniū, nec enim equiuocis translati aut obscuris uerbis est usus, sed propriissimis & ipsissimam rem exprimen-
tibus,

ibus, ut nullus de ueritate ista quoque
modo posset ambigere, uestra inquis
merces. Vbi merces est, omnino reperi-
tur & meritum. Cum igitur Christus
dicat, in ccelis esse nostram mercedem,
fas non est dubitare meritum in nobis
præcedere. Hæc merces nostra est bea-
titudo. Hinc est quod Regius prophete- *Psal. 16.*
ta concinit. In iustitia, inquit, apparebo *Ad Rom.*
conspicui tuo. Et item Paulus: regnum *cap. 14.*
Deinon est esca & potus, sed iustitia,
&c. Iustitia, id est, bona opera, quibus (si
illa ex fide & charitate procedant) uitā
æternam meremur. Chrys. & Theoph.
in regnum Dei introducit iustitia, hoc
est, uirtus uniuersa, inculpata uita. Et
infrā: Iustitia subministrat regnum æ-
ternum. Augustinus: Deus per quem
improbamus eorum errorem, qui ani-
marū merita nulla esse apud te putant. *Super*
Ambrosius etiam, quoniam studia ipsa *Luc. lib.*
uirtutum sine remuneratione torpe- *s. ca. 26.*
scunt, & exemplum nobis attulit, &
mercedem spopondit è cœlo, filios Dei
futuros pollicens, qui fuerint imitato-
res eius. Qui enim festinat ad præ-
mium, fastidire non debet exemplum,
quia

quia quanto præcellentius præmium,
tanto impensius officium: sed ut quid,
Deum immortalem, totam congerimus
testimonia, ubi tam luculenter &
toties hanc ueritatem inculcat scriptura diuina. Vbi unus est totius Ecclesiæ
catholicæ sensus, una omnium sacroru[m]
doctorum sententia. Firmissima igitur
fide tenendum est, Deum (qui in studio
Ecclesiæ certantibus præmium æter-
num constituit) statuisse ut bona opera
meritum essent ad illud. Ut quid enim
redemptor noster, beatitudinem dixit
esse mercedem, si nullū ad illam est me-
ritum: eodem nanq[ue] modo merces re-
fertur ad meritum, sicut pater refertur
ad filium, non igitur sine merito potest
intelligi merces: sed opera ex constitu-
tione diuina, mercedis æternæ sunt me-
ritum. Sicut enim pecunia certam æsti-
mationem suapte natura nō habet, sed

Matth.
cap. 19.
Ps. 61. ¶
ad Rom.
capite 2.
Sap. 10.

tantum à lege, ita bona opera, non ex
natura hominis, sed ex constitutione di-
uiна, meritoria sunt procul dubio æter-
nae beatitudinis. Si uis, inquit Christus,
ad uitā ingredi, serua mandata. Et sacer-
dotes: Reddet unicuique iuxta ope-
ra

rasua. Ad idē sapiens, Reddet iustis mēr
cedem laborum suorum. Ex hac igitur
diuina lege opera, quę nullius erant ua-
loris, acceperunt æstimationem. Quid
etiam aliud redemptor noster insinua-
uit in hoc Euangelio, nisi beatitudinem
bonorum operū esse mercedem? Beati
inquit pauperes spiritu, quoniā ipsorum
est regnum ccelorum: nec enim pauper
tas spiritus est ipsa beatitudo: sed ut ci-
bus dicitur sanus, non quia sanitatem
habeat, sed quia sanitatem efficiat: ita
paupertas spiritus non est quidem bea-
titudo, sed meritoria causa ipsius bea-
titudinis. Hui etiam & illud simile est,
quod Christus dixit ad Petrum: Beatus Mat. 16.
es Simon Bariona. Non enim confiteri
Christum esse filium dei, est beatitudo;
sed confessio illa meritum est ad ipsam
beatitudinem. Et inde est quòd locu-
tione diuinæ scripturæ, iusti omnes qui
Dei præcepta custodiunt, uo cantur bea-
ti, quoniā adimptione mandatorum
dei, uitam æternam merentur. Beatus Psal. 1.
uir qui non abiit in cōsilio impiorum. Psal. 118.
Beati immaculati in uia, qui ambulant Psal. 118.
in lege Domini. Beati omnes qui ti-
ment Dominum. Verissimè igitur me-

D

2. Timot.

4.


ritis honorum operum promeremur
æternā mercedem. Nec ideo tamen gra-
tiam diuinam excludimus, aut uel tan-
tillum ei aduersamur. Cùm enim meri-
ta nostra à diuina gratia profiscantur,
inde potius ipsam gratiam extollimus
& maximè commendamus. Verissi-
mum quidem, quoniam nulli quicquā
debebat misericors Deus : **Quis enim**
prior dedit illi, & retribuetur ei? Sed ma-
gnificentissima gratia eis, qui iustitiae
uacassent operibus, beatitudinem æter-
nam promisit. Postquam uero gratis
se debitorem constituit, quia iustus est
& fidelis, seruat ex iustitia promissum.
Quapropter & doctor gentium ideo
beatitudinem uocat coronam iustitiae,
quia iustis operibus debetur, ex pro-
missione diuina. Humilibus igitur, pa-
cificis, & misericordibus, & his qui non
secundum carnis prudentiam Deo ini-
micam uixerunt, promissum est regnum
cœlorum : amatoribus uero seculi, qui
pauperes spiritu & cæteros iustos de-
risui habuerunt, paratum est æternum
supplicium : illi per humilitatem & fi-
dem uicerunt, eigna, operati sunt iusti-
tiam, & ideo adepti sunt repromissio-
nes,


nes: hi quoniam operibus iustitiae seculi diuitias uanitatemq; prætulerunt, ibunt in ignem æternum: illi lætabuntur, cum uiderint uindictam, lauabunt manus in sanguine peccatorum. Hi Psal. 57.
Sapi. 5.
præ angustia spiritus ingemiscent, dicentes: Illi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improprij: nos insensati uitam illorum aestimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est? Errauimus à via ueritatis, & lumen iustitiae non illuxit nobis. Hæc uox erit hæreticorum in exterioribus tenebris existentium, qui quoniam lumini fidei scienter impedimento fuerunt, perenniter intabescerent, & debitas penas exoluerent: Qui autem cum Apostolo bonum certamen certauerint, cursum consummauerint, fidem seruauerint, repositam in ccelis iustitiae coronam habebunt: Quam pro bonis operibus reddet iustissimus iudex. Qui cum patre & spiritu sancto regnat nunc & in perpetuum, Amen.


F I N I S.


1789903


◎ 人物小傳














est equale uō mo
 facē m̄ farmacis
 cōcōib⁹ uti n̄ s̄mē
 facē dīere q̄pleū vñ n̄
 dīere m̄capit ut faci
 ob̄rest⁹ aut̄ ne ad
 dīere remēm⁹ il s̄b dīere
 n̄ p̄nc̄ op̄ari n̄
 ea quor̄ t̄p̄
 ne n̄ p̄nc̄eda
 nos de eo n̄

p̄m̄

prinū q̄ si ad sit̄ d̄s mo
re sit̄ om̄ni uoborū
nōcē sit̄ q̄ens loc̄ et̄ p̄
liora sit̄ q̄ eḡt̄ib⁹ q̄ su
t̄ uerita. q̄ si ip̄i d̄m
monē curat̄ reu. s.
flos̄ laudabile vñ t̄ p̄
uestigare vñ hñm
uō ad apta loca uisit̄
curat̄ es s̄t̄ aut̄ p̄
ḡz es + ad apta loca

Digelit̄ illi
non crudia. m̄
expedit. m̄

ad dñs a. cap f. 12. d̄o. t̄ quo e
merito ad cura de p̄fugidū +
bñlo de ista m̄ + sic d̄

reueit̄ flos̄ laudabile

uō ad apta loca

expedit. m̄

reueit̄ flos̄ laudabile
expedit. m̄

reueit̄ flos̄ laudabile
expedit. m̄



